

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Vicium g
cum fonte primo

Si forti nos studio contra uiciorum
incentiua stringimus, ipsa eciam uicia ad
usum uirtutis immutamus. Non nullos
namque ira possidet, sed hanc

ad defensionem iusticie in
uoce libere auctoritatis immutant.
Non nullos fortitudo carnis illecebrat;
sed dum exercendis piis operibus corpus
subdunt, unde iniquitatis stimulum passi
sunt, inde pietatis lucra mereantur.

Gregorius libro III. moralium.

Saepe autem
si forti nos studio contra uitiorum
incentiua stringimus, ipsa etiam uitia ad
usum uirtutis immutamus. Nonnullos
namque ira possidet sed hanc, dum
rationi subiciunt, in sancti zeli
ministerium uertunt. Nonnullos superbia
erigit; sed dum diuinae formidini
animum inclinant hanc
ad defensionem iustitiae in
uocem liberae auctoritatis immutant.
Nonnullos fortitudo carnis illecebrat;
sed dum exercendis piis operibus corpus
subdunt unde iniquitatis stimulum passi
sunt, inde pietatis lucra mercantur.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 3, 37
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.157, ll.5-
13).